

ip̄si Jōeli Prophetæ cap. 2. Sed, uti diximus, hæc specialiora sunt,
qvām ut h̄ic decidi debeant.

SCHEMA V.

Aurora fulget ex Oriente.

Ἐξελιγμός

I.

Συλλίβδην.

Ratio hujus localis apparentiæ, & differentiæ tūm
à crepusculo, tūm ab Aurora Boreæ. Hujus historia ē Gaf-
fendo & generatio traditæ.

II.

Ἐπίπλεον.

Ratio tam clara est, ut ipsâ Aurora luce fulgidior sit. Qvia
enim causa in Oriente est, ideo effectum non minus ibi esse, & ex-
indè aliò protendi necesse est. Distingvitur autem per hanc lo-
ci circumstantiam Ordinariè à Crepusculo, ultimâ diei parte,
qvando post recessum Solis ab Horizonte nostro lucem creperam
ab Occidente conspicimus. Extraordinariè, ab Aurora Boreæ,
meteorō & mirabilis speciei fulgore, qvi aliquando nocte in-
tempesťâ & silente etiam Luna totum septentrionalem tractum
ita occupat, ut claram Auroram mentiatur. Vide historiam
talis Meteori Anno M DC XXI. XII. Septembr. in Gallia conspecti,
apud Gassend. Animadv. in Lib. X. Laërtii de Meteorolog. Epicuri cap. de
Parallelis &c. An hoc meteorum eodem modō quo Aurora fiat,
nondum certum est. Dubius cùm sit Gassendus, inter alias tamen
rationes hanc etiam recenset; prodire aliquando ē Terra vapo-
res ejusmodi, ut longè ultra Atmosphæræ convexitatem erum-
pentes, ad illam usque coni umbræ terrenæ regionem pertin-
gant, qvam refracti radii Solares sic diluunt, ut si qvi vapores in
illam incurrerint, possint illustrati his radiis, Aurora speciem
exhibere. Qvod si verum uti verisimile est, in modo non mul-
tim differunt.